

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VII](#)[Item Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 11 : De Capra caelesti](#)

## Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 11 : De Capra caelesti

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X**

*Ce document a pour résumé :*

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[71\] : De Argo, & capra caelesti](#)

---

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VI**

*Ce document est une version augmentée de :*

[Mythologia, Venise, 1567 - VI, 11 : De Capra caelesti](#)

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI**

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 12 : De la Chevre celeste](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI**

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 11 : De la Chevre celeste](#) est une traduction de ce document

---

## Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## Présentation du document

Publication Francfort, André Wechel, 1581

Exemplaire Regensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 609-610

# Du monde

Animaux et monstres [chèvre](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 28/04/2023

---

*Aduersamque trahunt optata ad litora puppim:*

*Sic conuersa vetus super aethera vertitur Argo,*

*Atque usque à prora ad caelum sine lumine malum,*

*A malo ad puppim cum lumine clara videtur.*

Hanc nauim fuisse inter sidera collocatam fabulati sunt, cum fuisset Palladis consilio fabricata, quia cum nullam beneficentiam sine remuneratione Deus esse patiatur: tum illa praecipue grata est Deo, quae à sapientia & consilio proficiscitur, quae sine Palladis consilio est beneficentia, & quasi quodam naturae ductu, vel quae fortuito contingit, non est quidem reprehendenda: at multo magis illud & Deo gratum est, & magis laudabile, quod cum ratione suscipitur. Cum vellent igitur homines antiqui ad beneficentiam adhortari: rem diuinam, & quae proximè ad Deorum immortalium naturam accedat, liberalitatem & munificentiam esse dixerunt, quippe cum ad exemplum liberalitatis & animalia complura, & res sensu carentes, quia de Diis putarentur fuisse benemeritae, inter siderum numerum fuerint relatae, & proximè ad Deos aseitae. Haec igitur causa fuit cur Argos dicta sit diuinos honores consecuta. nunc de Capra caelesti dicamus.

*De Capra caelesti. CAP. XI.*

**P**RAECLARVM est eius quod dicebam argumentum, quia capraetiam, quod de Ioue benemerita sit, cum illi lac praebuerit, non solum inter sidera collocarunt: sed etiam eius pellem ad sempiternam eius rei memoriam Iupiter gestare solebat, vnde Aegiochus fuit appellatus. Quod autem illam Iupiter ob acceptum beneficium inter sidera retulerit, testatur Aratus in his carminibus, quae ita sunt translata à Germanico Caesare:

*illa putatur*

*Nutrix esse Iouis. si Verè Iupiter infans*

*Vbera Cretea mulsit fidiissima capra,*

*Sidere qua claro gratum testatur alumnus.*

In his Betuleij, viri alioquin doctissimi, non placet emendatio. Hanc Iouis nutricem alij Nympham Amaltheam nomine dixerunt. Alij mulierem putarunt fuisse Arcadicam, quae Capra cognomine vocaretur, quae cum gemellos peperisset, illos alendos aliis mulieribus dedit, vt nutrirer Iouem: quare eius filij vtpote caprae vocati sunt Haedi. Hi cum lac maternum Ioui

Q

concessissent, & ipsi inter sidera collocati in dextra Aurigæ tenentur, quos Aurigæ sidera vocauit Aratus, quorum exortu grauissimæ plerumque fiunt tempestates, vt patet ex his carminibus:

εἰ δὲ τοὶ ἠτίοχόν τε καὶ ἀστῆρας ἠτιόχου  
 ἐκίθησαν δακρυοει, καὶ τοὶ φάτις ἠλυσθὸν ἀγὼν  
 αὐτῶν ἢ ἰρίσων, οἷτ' εἰν ἀλί περ φρυγῶν  
 πλάκται ἰσκιόαντο καὶ μοῖνας ἀνθρώπων.

*Si placet Aurigam, atque Aurigæ sidera & ortus  
 Obseruare tibi: fama est quod Capra, quod Hædi  
 Illius, immergunt sulcantes cœnula Ponti.*

*Non Silli tutum est Hædi surgentibus aquor.*

Mos erat Phliasius, vt eximiè Capram cœleste sidus colerent, cuius etiam signum crecum in foro magna parte aurarum collocarunt, vt testatur Pausanias in Corinthiacis: quod idcirco fiebat, quia plurimum Capræ ortus obesse vitibus putaretur. vt autè illam placarent, diuinos honores illi instituerunt. nam ex oriente Capra vel siderationem patiuntur aliquæ vites, vel profus arefcunt. Istud verò fit Sole in Leonis signo existente: tunc enim maximè infestantur vites ob humoris inopiam, quod etiam magis fit pro natura locorum. Cur inter sidera Capræ signum relatum fuerit, iam explicauimus superius, quod Iupiter neque ingratus, neque acceptorum immemor vel aduersus Capram quidem videri voluerit. Dicta fuit hæc capra Olenia, quoniam in vlnas Aurigæ vel Oleni filix excepta fuerit. Consimili ratione fuit Delphinus inter sidera collocatus, quia persuaserit Amphitrite vt nuberet Neptuno: vel vt alij maluerint, quia Ariō Methymæus ab illo fuerit seruatus. Enimvero quod hæc non capra, sed mulier fuit, vel ex eo patet, quod Amalthea Nyctei regis vxor fuerit, è quo Nyctimenen peperit, vt testatus est Apollodorus Cyzicenus. at de Capra satis, nunc de Dodonæa sylua dicendum.

*De Dodonæ. CAP. XII.*

**F**VIT celeberrimum omnium oraculorum Dodonæum, tum ob celebritatem & conuenientis eò multitudinis frequentiam, tum etiam ob glandium copiam, quæ in illa sylua nascebantur, nam vt testatur Virgilius lib. primo Georg. primus fuit victus mortalium, vt patet in his:

*cum*